

ecclesiae eodem Apostolo docente, turgidum:
limidumque esse non decet. 1 Tim. III, 6.

Hinc verus verbi divini minister etiam
conscientiae quam maxime rationem habeat
oportet. Et hanc quidem ob rationem vult
Apostolus, ut, qui munus ecclesiasticum ge-
rit, mysterium fidei pura adservet conscientia.
1 Tim. III, 9. Quin ipse de se testatur, se
omnem navasse operam, ut bona cum consci-
entia coram Deo pariter ac hominibus ambu-
laret. Act. 23. 1. 24. 14. 16. Quomodo enim
aliorum conscientiam instrueret, riteque diri-
geret, aut ipsi consuleret, qui susque deque
suam ipsius haberet animam? Hic itaque sco-
pus ministri verbi divini praefixus sit, haec
meta esto, ut una cum aliis, qui eum audiunt,
se ipsum quoque saluum faciat. 1 Tim. IV, 16.

Et haec quidem sunt, ad quae respexi-
mus, cum dominum

M. HENR. OTTO REGEL,

Jussu S. R. Maj. Prussicae gratiosissimo

publica manuum impositione in ministerii or-
dinem cooptaremus, cujus quidem rei nunc
literis hisce publicis, adpenso ecclesiae nostrae
sigillo, nominumque nostrorum subscriptione
publicam facimus fidem. Nihil scilicet, vel
ratione scientiae, vel vitae etiam ante aetate
nobis innotuit, quod eum Ministerio ecclesi-
astico indignum reddere potuisset. Admonui-
mus